



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bavariae Sanctae Volvmen ...

Rader, Matthäus

Monachii, M.DC.XXIV.

S. Constantivs Episcopvs Sabionensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79699)

S. CONSTANTIVS

EPISCOPVS SABIONENSIS

RAUCA de hoc apud Petrum Venetum, Auentinum & Hundium extant. Diuum nuncupant. Cur illum facti sacri Brixentum praeterierint, nec vlla in publicis sacris memoria dignentur, non assequor, cum in syllabo Episcoporum Brixinensium sanctus vocitetur, imò alter etiam Constantius addatur. Sanctus, inquit Hundius, Constantius & Praconius, aliàs Procopius, Sabionensi populo verbum Dei praedicarunt, eo tempore, quo D. Haymeranus Ratissponensibus circa annum 645. Auent. in praedicto lib. fol. 276. Catalogus praedictus S. Constantio subiungit alium S. Constantium quatum in ordine & Praconium facit quintum. Petrus de Natalibus ex nescio quo Bartholomæo: Cui ingenuino Sanctus Constantinus successit: Corpusque ipsius post multos annos Brixinam translatum est. Et S. Albinus Episcopus Brixinensis die quo migrauerat scilicet Non. Febr. miraculis clarus eisdem associatur.

DC. XLV.
 Hund. Me. 100.
 Auent. l. 3. p. 276.
 edit. Ingol.
 Petrus de Natal. l. 1.
 Febr. l. 3. c. 85.
 Ex Catalogo Brix. Episcop.
 Velferus lib. 5. p. 308.
 & Erratu p. postea
 S. Cassianus,
 S. Ingenuinus,
 S. Constantius.



S. VITA-